

Laibacher Diöcesanblatt.

Nr. IV.

Inhalt: 19. Epistola Sanctitatis Suae ad Archiepiscopos et Episcopos imperii austriaci. — 20. Breve Pontificium, quo conceduntur Indulgentiae celebrantibus Centenarium ab obitu S. Aloisii. — 21. Anordnung eines feierlichen Triduums zu Ehren des heil. Mohjius. — 22. Dienstverleihungsgebühr. — 23. Normale über den Pfarrertitel. — 24. Literatur. — 25. Canonische Visitation und Firmung. — 26. Concurs-Verlautbarung. — 27. Chronik der Diöcese.

1891.

19.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI LEONIS PP. XIII. EPISTOLA

AD ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS IMPERII AUSTRIACI.

*Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres.
Salutem et Apostolicam Benedictionem.*

In ipso supremi Pontificatus, quo providens Deus Nos auxit, exordio, universitatem catholici orbis contuentes; habuimus equidem quod laetaremur tam multa esse tamque egregia in omni recte factorum genere vel studia vel opera. in quae, Deo iuvante, sacri pastores et uterque clerus fidelesque homines sedulo incumbere: neque tamen sine acerba fuit aegritudine conspexisse Ecclesiae hostes, pessimo foedere coniuratos, moliri ac tentare omnia, ut admirabile istud aedificium, quod perfugio humani generis ipse extulit Deus, convellerent atque adeo, si fieri posset, excinderent. — Quae nimirum longe lateque in Ecclesiam Christi ardet dimicatio, etsi variis pro varietate locorum artibus armisque exercetur, hanc demum unam habet eandemque rationem belli praescriptam; a familiis, a scholis, a legibus, ab institutis vestigia religionis delere omnia, Ecclesiam ipsam facultatibus suis et insigni qua pollet in commune bonum virtute spoliare, perniciosissimam errorum pestem in omnes venas domesticae civilisque communitatis infundere. Ab ad-

versariis iam nihil temperatum est, infinita licentiâ; qui plurimi acresque in iura, libertatem, dignitatem Ecclesiae, in Episcopos omnesque cleri ordines, in auctoritatem maxime et principatum romani Pontificis invaserunt. Ex tantis catholico nomini iniuriis illatis, multa in nationes ingentiaque mala profluxerunt et profluunt: in iis dolendum, ut serpat latius opinionum perversitas, comitesque improbitas et seditio spiritus tollant, atque inde rebus publicis imperiisque pericula impendeant quotidie maiora. Neque alia sane erant consecutura: nam debilitato, eove deterius, reiecto firmissimo civitatis praesidio, religione, quae una homines et recte commonendo et salutariter deterrendo vere potest in suo quemque officio retinere, nutant continuo et labefactantur ipsius fundamenta civitatis.

Haec Nos, nulla dimissa occasione, gravibus litteris palam denuntiavimus et iis qui cum potestate praesunt et iis qui sunt sub potestate, indicantes alteris religionis et civitatis inter se rationes quam arcte continerentur, alteros adhortati ut divina Ecclesiae documenta iuste colerent diligenterque explerent. Singularis porro fuit compellatio

Nostra ad venerabiles fratres Episcopos, quos Spiritus Sanctus rectores posuit Ecclesiae Dei idemque larga suae gratiae luce perfundit: qui enim tamquam custodes per omnes vigilantes terrarum regiones, in re praesenti notarent experiendoque nossent quaenam cuique genti sive adhibenda remedia sive insidiae praecavendae, iidem profecto adiutores Nobis optimi futuri erant ad id quod summis viribus urgebamus, urgemus, catholicarum gentium salutem. Sunt autem a Nobis peramplae Deo gratiae, quod compellationi Nostrae mira prorsus ex omni Episcoporum ordine consensus responderit et sollertia: nam, quantum eniti illi possunt, ingenio et animis, hortatione et actione, eo toti spectant ut veritatem catholicae fidei tueantur, utque hominum societatem, ad consentaneas fidei virtutes revocando, maximis expediant miseriis, ad veri hominis prosperitatem adducant.

In quo tam nobili studii pastoralis certamine praeclare quidem fecerunt Austriae Episcopi, et Nobis animus gestit debitam Vobis laudem hoc loco tribuere: habemus quippe compertum quanta contendatis prudentia et assiduitate laborum ad mala quaevis in populo germina evellenda et ad semina fovenda christianae vitae. Imo nuper perlibenter agnovimus, coniunctim a Vobis epistolam ad fideles dioecesium vestrarum fuisse datam, quae praeclaro Nobis argumento fuit consociatissimas esse voluntates vestras quum res est de rei catholicae rationibus tuendis. Verum ut firmiter constet vigeatque in posterum haec concordia, vestraque studia et vires ad unum certumque finem eodem tramite intendant, nihil Nobis opportunius fore videtur, quam si quasdam inter ipsos congressiones quotannis Episcopi habeant, ex quibus ea ineatur tam efficax sentiendi agendique concordia. Isthac, quam optamus, conventuum ratio nonnullis in regionibus iam inducta viget, et fructus adhuc tulit vere laetabiles; inde enimvero Episcopis amplior patuit consiliorum copia, robor animi confirmatum, studium religionis incensum, haud pauca etiam consulta profecta quae rei catholicae multis modis utilia contigerunt. — Accedit quod tanta sacrorum antistitum coniunctio et consensus non modo eis

ipsis decus et gratiam apud suos non medioerem auxerit, sed exemplum quoque et invitamentum extiterit hominibus laicis vel aliarum gentium, ut concordibus aequae animis consulerent, quibus opereretur praesidiis tutelam religionis neque minus civilis ordinis laborantis suscipere. — Praeterea ab ipsis Episcopis et praeceuntibus et cohortantibus multum certe navitatis et ardoris hauserunt catholici, ut conventus adsimiles pro nationibus vel provinciis locisve aliis cogere et celebrarent; idque sane quam providenter factum. Si etenim contra flagitiosi homines, audacia praepotentes et numero, sese passim congregant foederatique conspirant ut illis donum fidei, unum omnium praestantissimum, et consequentia bona perfide eripiant, rectum omnino est ac necessarium, catholicos, Episcopos moderantibus, studia sua omnia viresque consociare ad resistendum: qui quidem, in talium coetuum frequentia, liberius poterunt et validius sui nominis professionem sustinere, hostiles impetus propulsare.

Res autem ad deliberandum, eaeque magni momenti, Episcopis non deerunt congressuris. — Qua temporum calamitate afflictamur, id primum petendum curandumque esse censemus ut cum hierarchico ordine vincula christianae familiae aeterniore in dies necessitudine constringantur; ita plane ut fideles Episcopis suis omni voluntate et observantia adhaerescant, quum maxime vero ad Episcopum ecclesiae universae fidem, obtemperantem, pietatem filiorum retineant alacres et profiteantur non timide. Velle autem ut romanus Pontifex nulli subsit hominum ditioni, sed plene sui perfectaeque sit iuris, hoc nempe officium quum ad omnes ubique gentium catholicos, non ad unam gentem aliquam, sancte pertineat, Episcopi idcirco collatis videant sententiis atque opera efficiant, ut fidelium studia in eam iustissimam causam erecta constant, caleantque ad exitum feliciter maturandum. — Ibidem commode licebit Episcopis consilia inter se communicare, siqua inciderint ecclesiis suis impeditiora negotia: licebit etiam, si de re quapiam expedire visum, communes litteras et acta evulgare. — Item cleri instituendi excolendique cura,

quâ nulla Episcopo maior neque uberior, suum in consultationibus locum habebit; quemadmodum disciplina et rectio clericorum sacris in seminariis ad tridentinas exigenda normas, quibusnam praecipue rebus alenda in eis pietas et generosa virtus, quaenam maioribus doctrinis, ut congruenter temporibus floeant, incitamenta adicienda, in omnique clero quaenam ad ampliora animorum lucra sint providenda. — Quod attinet ad greges fidelium, tam multis in periculis insidiisque versantes, permagni intererit varia provehi subsidia quae ipsis esse usui possint: de divinis rebus conciones et catecheses, ad homines, aetates, locos bene appositae; pias laicorum non uno in genere sodalitates, quas probet laudetque Ecclesia; inviolatam festorum custodiam et religionem; ea quoque vel instituta vel opera, unde fidelibus, iuventuti in primis cautiones suppetant a pravitate et corruptela, et unde sacramentorum saluberrima consuetudo increbrescat; denique libros, diaria, similia in vulgus data, quae ad fidei defensionem faciant morumque disciplinam. Qua in re illud magni refert Episcopis commendare quod iamdiu fovemus animo et frequenti admonitione insistimus, ut hominum catholicorum in scribendo edendoque sollertia et meliore ordine temperata procedat et secundis vigeat incrementis. Eiusmodi scriptis optimis, quae vel quotidie vel certis diebus emittantur, multum sane in omni gente est tribuendum ad utilitates rei sacrae et civilis, sive quod eas proxime tutentur et augeant, sive quod adversariorum in ipsarum damnitentium elidant scripta et contagionem impuram coerceant. At vero in Austriaeo imperio tribuendum illis quam plurimum, ubi vulgatae ephemerides infensis Ecclesiae hominibus magnam partem subserviunt, ab eisque, rerum copia affluentibus, facilius disseminantur et fusius. Necesse igitur prorsus est scripta scriptis concursu non impari opponere, atque ita posse eorum tela retundere, fraudes malas detegere, venena errorum prohibere, iusta officia suadere virtutis. Quapropter apte et salutariter fuerit, si suae propriaeque ephemerides, veluti

pro aris focusque propugnantes, unicuique sint regioni, eo modo institutae, ut nulla in re a iudicio Episcopi abscedant, sed recte studioseque cum eius convenient prudentia et voluntate; eisdem autem et clerus benigne faveat suaque afferat doctrinae praesidia, et viri quotquot reapse sunt catholici omnem gratiam bonamque pro viribus et facultate opem largiantur. — Episcoporum sollicitudini et suffragiis alia praeterea se dat tuendam insignis causa quam vobis cordi esse intelleximus ex literis quas ad fideles, quibus praestis, communiter dedistis; ea causa est opificum, religionis auxilio maxime indigentium, tum ad perfunctionem laborum honestam, tum ad levamentum dolorum; quae causa cum illa cohaeret, per hos dies agitata ferventer, quam sociale nominant, et quae, quanto maioribus implicatur difficultatibus, tanto curationem postulat praesentior. Huc pariter, quoad in ipsis erit, si cogitationes Episcopi curasque contulerint, si prospexerint ut evangelica iustitiae caritatisque praecepta in omnes civium ordines influant atque in animos descendant, si quoquo pacto, auctoritate et opera, infimae opificum conditioni subvenerint, perquam optime de religione aequae ac de imperio merebuntur.

Haec igitur et huiuscemodi capita rerum graviora in deliberationem veniant per annuos Episcoporum congressus, quos placet inducere. Nobis autem persuasissimum est, omnes in Austria Episcopos his Nostris votis, quae sanctum movet religionis studium et caritas in catholicas istas gentes benevolentissima, summa omnes esse voluntate et alacritate obsecuturos.

Interim caelestium munerum auspiciem et paternae benevolentiae Nostrae testem vobis omnibus, Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, cunctaeque genti Austriae Apostolicam Benedictionem peramenter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die III. Martii MDCCCXCI, Pontificatus Nostri Decimo quarto.

LEO PP. XIII.

BREVE PONTIFICIUM

quo conceduntur Indulgentiae celebrantibus Centenarium ab obitu S. Aloisii.

Opportune quidem et auspiciato contingit, ut XI. kalendas Julias hoc anno sacra solemnia in honorem Sancti Aloisii Gonzagae trium saeculorum a beatissimo exitu eius elapso spatio, sint memori pietate peragenda. Nuntiatum Nobis est, ex faustitate huius eventus mirabili amore pietatisque studio exarsisse animos christianorum adolescentium, quibus optima sane huiusmodi occasio visa est, ut suam in caelestem iuventutis Patronum voluntatem et reverentiam multiplici significatione testarentur. Et id quidem evenire videtur non in iis tantum regionibus, quae sanctum Aloisium terris coeloque genere, sed late ubicumque Aloisii nomen et sanctitatis fama percerebuit. Nos iam a tenera aetate angelicum Iuvenem summo pietatis studio colere assueti, cum haec novimus, periuicundo laetitiae sensu affecti sumus. Deo autem opitulante confidimus, eiusmodi solemnia non vacua futura fructu christianis hominibus, nominatim adolescentibus, qui Patrono tutelari suo honores cum habebunt, in cogitationem facile deducentur clarissimarum virtutum, quibus Ille, quoad vixit, ceteris in exemplum enituit. Quas quidem virtutes cum secum cogitent et admirentur, sperandum est, fore, ut adiuvante Deo animum mentemque suam ad eas velint informare, studeantque fieri imitatione meliores. Neque certe catholicis iuvenibus proponi potest praestantius ad imitandum exemplum illisque locupletius virtutibus, quarum laude florere iuvenilem aetatem desiderari maxime solet. Ex vita enim et moribus Aloisii possunt adolescentes documenta plurima capere, unde ediscant, qua cura et vigilantia vitae integritas et innocentia sit servanda, qua constantia castigandum corpus ad restringendos cupiditatum ardores, quomodo despiciendae divitiae contemnendique honores, qua mente atque animo tum studiis vacandum tum cetera omnia aetatis suae officia et munia im-

plenda, quodque his praesertim temporibus maximi est momenti, qua fide, quo amore sit Ecclesiae matri et Apostolicae Sedi adhaerendum. Si quidem angelicus Adolevens seu domesticos inter parietes degeret, seu nobilis ephebus in Aula Hispanica versaretur, seu animo virtute et doctrina excolendo operam daret, in Societatem Iesu abdicato principatu adscitus, ubi, quod in votis habuerat, et praeclusum dignitatibus aditum et vitam omnem proximorum saluti sibi unice impendendam esse gestiebat, talem in omni vitae genere sese impertiit, ut facile ceteris omni laude antecelleret et praeclara relinqueret sanctitatis argumenta. Quapropter sapienti sane consilio, qui christianae iuventuti instituendae et erudiendae praeficiuntur, sanctum Aloisium proponere solent tamquam nobilissimum ad imitandum exemplum, obsequentes consilio Decessoris Nostri Benedicti XIII., qui iuventuti studiis deditae praecipuum Patronum caelestem Aloisium constituit. Quare egregiam sane meritorum laudem sibi comparare videntur illae catholicorum iuvenum societates, quae non modo in italicis, sed etiam in exteris urbibus sunt institutae eo proposito, ut huiusmodi Aloisiana solemnitas singulari cultu celebretur. Nos non latet, quantum studii operaeque illae contulerint in apparandis honoribus, qui toto orbe catholico Angelico Iuveni deferentur et quantam adhibeant curam, ut catholicorum pietate pariter ac numero praestent piae peregrinationes vel ad natale solum Aloisii vel ad hanc almam Urbem, quae castas eius exuvias asservat et colit, suscipiendae. Pueris etiam, ut accepimus, puellisque oblata est ratio testandi Aloisio puri amoris et pietatis suae quasi primitias: pagellae enim late sunt diffusae, augustis iam nobilitatae Nominibus, in quibus ipsi se parentesque tamquam famulos et clientes inseribant. Singulari huic in re optima ardori et

sanctis eiusmodi propositis et votis cupimus atque optamus, ut bonus faustusque iuvante Deo exitus obtingat, Interea cum adnotae nuper sint ad Nos preces, ut in uberiores animarum fructum caelestibus Ecclesiae thesauris hanc solemnitate ditare et decorare velimus, Nos piis hisce precibus benigne annuendum censuimus. Quamobrem de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli App. Eius auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus, qui triduanas quotidie vel quinquies saltem novendialibus supplicationibus, quae habendae sunt ante Aloisiana sollemnia diebus a respectivo loci Ordinario designandis, et vel ipso die festo vel uno ex dictis diebus ad cuiuscumque arbitrium sibi eligendo, vere poenitentes atque confessi ac s. Communionem refecti quamlibet Ecclesiam seu Oratorium publicum, ubi festum S. Aloisii celebrabitur, devote visitaverint, ibique pro christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac s. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Iis vero fidelibus, qui corde saltem contriti pias peregrinationes ad memorata loca confecerint, et parvulis etiam pro eorum captu eorumque parentibus, qui nomina ad promerendum Aloisii patrocinium inscripserint, dummodo triduanis vel novendialibus supplicationibus, ut supra dictum est adstiterint, septem annos totidemque quadragenas in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissionem ac poenitentiarum relaxationem etiam animabus Christifidelium, quae Deo in charitate coniunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari posse indulgemus. Praesentibus hoc anno tantum valituris. Volumus autem, ut praesentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die I. Ianuarii MDCCCXCI. Pontificatus Nostri anno XIII.

M. Card. LEDOCHOWSKI.

Decretum.

Tertio iam labente saeculo, ex quo Angelicus iuvenis Aloisius Gonzaga ob miram vitae innocentiam pari cum poenitentia sociatam pretiose moriens in conspectu Domini ad caelestia regna feliciter migravit, tanti diei natalis centenaria sollemnia in Urbe ad Sancti Ignatii per octo continenter dies instituentur, ubi virginales sancti Iuvenis cineres summa religione asservantur. Ut vero extrinsecae sollemnitati ecclesiasticus quoque ritus accedat et magis magisque pietas foveatur erga hunc caelestem studiosae iuventutis Patronum, Eminentissimus et Reverendissimus Dominus Lucidus Maria Parocchi Episcopus Albanensis in Alma Urbe Sanctissimi Domini Nostri Leonis Papae XIII. Vicarius, ab eodem Sanctissimo Domino Nostro humillime expectavit, ut singulis enuntiatae Octavae diebus nempe a die vigesima prima ad vigesimam octavam Iunii inclusive hoc anno in praedicta Ecclesia Missae omnes de Sancto Aloisio Gonzaga propriae celebrari valeant. Insuper Eminentissimus et Reverendissimus Dominus eundem Sanctissimum Dominum Nostrum supplex rogavit, ut eiusmodi privilegium cuilibet Ecclesiae vel Oratorio concedere dignaretur, ubi triduanas sollemnias vel die vigesima prima Iunii cum duabus sequentibus, vel alia die aut tribus aliis diebus a Reverendissimo loci Ordinario designandis, in honorem ipsius Angelici Iuvenis peragentur. Sanctitas porro Sua has preces a me infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto relatas peramanter excipiens, petitum Missarum privilegium benigne indulgere dignata est, excepta quoad memoratam octavam die Nativitatis S. Ioannis Baptistae, in qua commemoratio de Sancto Aloisio addi poterit in cunctis missis pro Ecclesia tantum S. Ignatii; pro ceteris vero Ecclesiis sive Oratoriis, ubi vel die vigesimaprimum Iunii cum duabus insequentibus aut alia die vel tribus aliis diebus post praefatam diem vigesimamprimam Iunii

a respectivo Ordinario designandis Triduana memorata agantur solemnia, exceptis dominica prima sacri adventus et duplicibus primae classis quoad missam solemnem ac duplicibus etiam secundae classis quoad lectas; Missa conventuali vel Parochiali Officio diei respondente nunquam omissa

quatenus onus adsit eam celebrandi: servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 18. Ianuarii 1891.

C. Card. Aloisi-Masella, S. R. C. Praef.

Vincentius Nussi, Secr.

21.

Feierliches Triduum zu Ehren des heil. Aloysius von Gonzaga.

Das dritte Centenarium des heil. Aloysius von Gonzaga, des Patronen der christlichen Jugend, welches heuer am 21. Juni stattfindet, soll über Veranlassung des katholischen Jünglingsvereines in Italien (Società della gioventù cattolica Italiana) in einer vom heil. Vater Papst Leo XIII. mit apostolischem Schreiben vom 1. Jänner d. J., welches in dem gegenwärtigen „Diöcesanblatte“ veröffentlicht wird, gutgeheißenen und empfohlenen Weise vorzüglich von der katholischen Jugend selbst gefeiert werden. Die Erstlingsblüthen der Jugend, Knaben und Mädchen, sollen nämlich ihrem Patrone einen Kranz der Liebe und Verehrung weihen, indem sie ihre Namen selbst oder durch ihre Eltern in ein am Grabe des Heiligen in Rom niederzulegendes Ehrenalbum eintragen, um sich dadurch als besondere Schützlinge des heil. Aloysius zu kennzeichnen, und es sollen auch internationale Pilgerzüge katholischer Jünglinge des Laienstandes zur Geburtsstätte des heil. Aloysius zu Castiglione und zu seinem Grabe in Rom veranlaßt werden, zu welchem Zwecke in einzelnen Diöcesen eigene Comité's in's Leben treten. Zur Vorbereitung auf den eigentlichen Festtag, den 21. Juni, sollen aber auch von den bischöflichen Ordinariaten feierliche Triduen oder Novenen angeordnet werden, welche von dem heil. Vater laut obigen apostolischen Schreibens in freigelegter Weise mit Ablässen ausgezeichnet worden sind, die auch den armen Seelen im Fegefeuer zugewendet werden können.

Seine päpstliche Heiligkeit verleihen nämlich allen Gläubigen, welche einem solchen Triduum durch alle 3 Tage oder einer Novene durch 5 Tage beiwohnen und an einem dieser Tage oder am Feste des heiligen

Aloysius selbst nach Empfang der heil. Sacramente der Buße und des Altares die Kirche, in welcher die genannte Feierlichkeit stattfindet, besuchen, und dort auf die Meinung des heil. Vaters andächtig beten, einen vollkommenen Ablass; jenen Gläubigen aber, welche mit bußfertigen Herzen Wallfahrten zu den genannten Gnadenorten verrichtet haben, sowie auch allen, ihren Geisteskräften nach dazu befähigten Kindern und deren Eltern, welche ihre Namen in das erwähnte Album eingetragen haben, um sich unter den Schutz des heil. Aloysius zu stellen, wenn sie auch in der obbezeichneten Weise an einem Triduum oder einer Novene zu Ehren des heil. Aloysius sich betheiligen, einen Ablass von 7 Jahren und 7 Quadragenen.

Um daher den Gläubigen die erwünschte Gelegenheit zu geben, sich dieser Gnadenschätze theilhaftig zu machen, wird hiemit angeordnet:

1. In allen Pfarr- und Curatkirchen der Diöcese ist am 18., 19. und 20. Juni d. J. ein feierliches Triduum in der Weise abzuhalten, daß unter geziemender Betheiligung der Schuljugend, in welcher Hinsicht die Herren Pfarrer sich mit der betreffenden Schulleitung in das Einvernehmen setzen wollen, in der Frühe eine feierliche Segenmesse stattfinde, Nachmittags aber zur ortsüblichen Stunde nach einem vorhergehenden kurzen Vortrage oder einer Lesung über die Tugendbeispiele des heiligen Aloysius coram exposito SS. Sacramento die lauretanische Litanei mit den dazu gehörigen Gebeten und nach derselben zu Ehren des heil. Aloysius sechs „Vater unser“ und „Ave Maria“ nebst dem im Anhange

folgenden Kirchengebete verrichtet werden, worauf der sacramentale Segen zu ertheilen ist. Würde es unter Umständen zweckmäßiger erscheinen, die für den Nachmittag angeordneten Andachtsübungen mit der heiligen Segenmesse zu verbinden, so kann das Triduum auch derart abgehalten werden.

2. Sollte es irgendwo angezeigt sein, anstatt des angeordneten Triduums eine Novene abzuhalten, so unterliegt dieses keinem Anstande, und kann eine solche an den neun, dem 21. Juni d. J. unmittelbar vorhergehenden Tagen in der obbezeichneten Weise gefeiert werden.

3. Der 21. Juni selbst, welcher auf den 5. Sonntag nach Pfingsten fällt, ist feierlich mit Hochamt coram SS. Sacramento exposito und Predigt, deren Gegenstand der Heilige mit zeitgemäßer Anwendung zu bilden hat, zu begehen.

4. Die Gläubigen sollen an dem dem Triduum oder der Novene vorhergehenden Sonntage von der Feier derselben verständiget und insbesondere aufgemuntert werden, sich durch würdigen Empfang der heil. Sacramente der vom heil. Vater aus diesem Anlasse gespendeten Ablässe theilhaftig zu machen.

Anderere Veranstaltungen zur Hebung der besondern Verehrung des heil. Aloysius im Sinne des obcitirten päpstlichen Schreibens, insbesondere die Aufmunterung der männlichen und weiblichen Jugend zu

eifriger Betheiligung an den von Papst Clemens XII. mit vollkommenen Ablässen begnadigten, sogenannten Aloysius-Sonntagen und die Einführung dieser segensreichen Andacht, wo sie bisher noch nicht in Uebung war, werden in Berücksichtigung der an verschiedenen Orten vorkommenden besonderen Verhältnisse dem Seeleneifer der hochw. Herren Curaten und Katecheten überlassen.

Uebrigens kann dieses Triduum, resp. die Novene in jeder öffentlichen Kirche oder Kapelle abgehalten werden.

Kirchengebet zum heil. Aloysius von Gonzaga.

Bog! delivec nebeskih darov, ki si v angeljskem mladeniču Alojziju prečudno nedolžnost življenja združil z enako spokornostjo, dodeli nam po njegovem zasluženi in njegovih prošnjah, da ga v spokornosti posnemamo, ki mu nismo sledili v nedolžnosti. Po Gospodu našem.

Der Du die himmlischen Gaben austheilest, o Gott! und im engelgleichen Jünglinge Aloysius wunderbare Unschuld des Lebens mit gleich hohem Bußgeiste vereinigt hast, verleihe durch seine Verdienste und Fürsprache, daß wir, die wir ihm in der Unschuld nicht gefolgt sind, ihn in der Buße nachahmen. Durch unsern Herrn.

22.

Der Fall der begünstigenden Ermittlung der Dienstverleihungsgebühr

ist auch dann gegeben, wenn zwar die Präsentation von einem anderen Patron, der maßgebende Act der Uebertragung des mit einer Pfarrpfürnde verbundenen Seelsorgeamtes aber von derselben kirchlichen Person ausgeht, welche die frühere Pfürnde verliehen hat.

Erkenntniß vom 15. April 1890, Z. 1245.

Don Dominik Valentineschi (Adv. Dr. Krasser) ca Finanz-Min. (M.-G. Ritter v. Schierl); C. vom 8. Juli 1889, Z. 12778, puncto Dienstverleihungsgebühr.

„Die angefochtene Entscheidung wird nach § 7 des Ges. vom 22. October 1875, R.-G.-B. Nr. 36 ex 1876, aufgehoben.“

Entscheidungsgründe. Mit der angefochtenen Entscheidung wurde dem Beschwerdeführer die Einrechnung der Gebühr per 20 fl., welche er, wie nachgewiesen ist, von seinem früheren Genusse als Pfarrdechant von Cavalese bezahlt hat, in die ihm aus Anlaß seiner Ernennung zum Canonicus und Erzpriester der Dompfarrkirche von Trient bemessene

Dienstverleihungsgebühr per 27 fl. 50 kr. deshalb verweigert, weil ihm die erwähnten zwei Aemter von zwei verschiedenen Dienstgebern verliehen worden seien.

Die Beschwerde behauptet dagegen, daß die Verleihung beider Beneficien, in Cavalese und in Trient, von demselben Dienstgeber, nämlich von der Diöcesanbehörde herrühre und verlangt sonach, daß die für die jetzige Bedienstung bemessene Gebühr gemäß Anmerkung 3 zur T.-P. 40 a des Ges. vom 13. Dec. 1862, R.-G.-B. Nr. 89, auf den Mehrgenuß beschränkt, beziehungsweise daß von derselben die von seinen früheren Jahresbezügen entrichtete Gebühr in Abrechnung gebracht werde.

Der B.-G.-Hof hat die Beschwerde als begründet erkannt. — Die in der T.-P. 40 a des cit. Gesetzes normirte Gebühr ist für die Uebertragung von geistlichen oder weltlichen Aemtern u. s. w. zu entrichten und im gegebenen Falle steht die Gebühr für die Verleihung eines geistlichen Amtes in Frage. — Es liegt nun in der Natur der Sache, daß, sowie das Recht zur Errichtung von Kirchenämtern und geistlichen Beneficien einen Theil der Kirchengewalt ausmacht, so auch die Vornahme der Acte, aus welchen die Besetzung besteht, der geistlichen Gerichtsbarkeit angehört.

Wichtig ist, daß die Ernennung des Beschwerdeführers zum Canonicus und Erzpriester an der Kathedrale zu Trient auf einer A. h. Entschliebung beruht, und es muß auch zugegeben werden, daß der Ordinarius hiedurch — sowie durch die Präsentation eines

Patrons überhaupt — bei der Besetzung der Beneficien gebunden ist, dafern der Präsentirte oder Nominirte die canonischen Eigenschaften für das kirchliche Amt besitzt (sog. collatio necessaria), allein als Ausfluß und Wirkung des Sonderrechtes der Nomination oder Präsentation kann gleichwohl nur die Verleihung eines Anspruches auf Uebertragung des Amtes gegen den Ordinarius (sog. jus ad rem im Gegensatz zu dem aus der Verleihung des Amtes erwachsenden jus in re), keinesfalls aber die kirchliche Verleihung des Amtes selbst gelten. Das kirchliche Amt, d. i. der Subgriff der mit einem solchen verbundenen jurisdictionellen Befugnisse, verleiht nur der Ordinarius (oder sonstige Collator) und es hat sich dementsprechend auch im vorliegenden Falle der Fürstbischof von Trient bei Mittheilung der vorerwähnten A. h. Entschliebung an den Beschwerdeführer laut Erlasses v. 7. Juni 1884, Z. 2057/268, Benef., die canonische Investitur speciell vorbehalten.

Wenn aber der hier allein maßgebende, weil allein gebührenpflichtige Act der Uebertragung des mit der Pfarrpfürnde an der Kathedrale in Trient verbundenen Seelsorgeamtes, nur allein vom Bischofe ausgehen konnte und mithin von derselben kirchlichen Person und Autorität ausgegangen ist, welche dem Beschwerdeführer auch die frühere Pfürnde in Cavalese verliehen hatte, so erscheint der Anspruch des Letzteren auf die obangedeutete Einrechnung in der Anordnung der Num. 3 zur T.-P. 40 a des Gebührengesetzes begründet.

Normale über die Verleihung des Pfarrertitels.

Mit Zuschrift vom 15. Februar 1890, Z. 1913, hat die k. k. Landesregierung für Krain dem fürstbischöflichen Ordinariate nachstehende Mittheilung gemacht.

„Auf Grund Allerhöchster Ermächtigung vom 9. Jänner l. J. hat das hohe k. k. Ministerium

für Cultus und Unterricht in Wien mit Erlaß vom 25. Jänner 1891, Z. 555, anher eröffnet, daß im Hinblick auf die von sämmtlichen Ordinariaten der im Reichsrathe vertretenen Königreiche und Länder übereinstimmend vorgebrachten Anträge gegen die Verleihung des Pfarrertitels an Seelsorger, deren Sta-

tionen staatlicherseits als selbstständig anerkannt sind, keine Einwendung erhoben wird.

Selbstverständlich vermag eine derartige Titelverleihung dem Rechte der Cultusverwaltung, die

Frage der Selbstständigkeit der betreffenden Seelsorger, soweit dieselbe für die staatlichen Belange in Betracht kommt, nach den hiesfür maßgebenden Momenten zu prüfen, nicht zu präjudicieren."

24.

L i t e r a t u r.

Im Verlage von Dr. Franz Paul Datterer, Verlagsanstalt und Druckerei in Freising werden in nächsten Tagen erscheinen:

1. „Die heilige Keuschheit, die Blüte der Tugenden. St. Aloisiusbüchlein“, enthaltend die Lebensgeschichte des Heiligen nebst Gebeten und Betrachtungen für die sechs aloisianischen Sonntage. Zur 300jährigen Jubelfeier des hl. Aloisius der deutschen Jugend gewidmet von Priestern der Erzdiocese Köln. Mit Approbation des erzbischöflichen Ordinariates München und Freising. 6 Bogen in Taschenformat. Preis 50 Pf. Das Büchlein beschränkt sich im

Gegensatz zu anderen Aloisiusbüchlein darauf, den Wert der jungfräulichen Keuschheit der Jugend vor Augen zu stellen, sie zur Verehrung und Nachfolge des hl. Aloisius zu ermuntern und so die hauptsächlichsten Mittel zu zeigen, durch welche der „von Gott und den Menschen geliebte“ engelgleiche Jüngling die Unschuld seines Herzens unverletzt bewahrt hat.

2. „Gebet zum heiligen Aloisius“, mit Bild. Oberhirtlich approbiert. Zwei verschiedene Texte von einem rühmlichst bekannten Ordensmann. 100 Stück 75 Pfg. Größere Partien billiger.

25.

Canonische Visitation und Firmung.

Die canonische Visitation und die Spendung des Sacramentes der heiligen Firmung wird im laufenden Jahre 1891 in den Decanaten: Šmarije, Trebnje, Litija, Moravče, Kamnik, Vrhnika und Idrija stattfinden, und zwar:

In den drei Decanaten Šmarije, Trebnje und Litija: am 14. Juni Vormittags in St. Marein und Nachmittags in St. Georgen, am 15. Juni in Lipoglav, am 16. Juni in Polica, am 17. Juni Vormittags in Kopanj und Nachmittags in Žalina, am 18. Juni in Višnja gora, am 19. Juni Altarconsecration in Št. Vid bei Zatičina, am 20. Juni in Javorje, am 21. Juni in Št. Rupert, am 22. Juni in Trebelno, am 23. Juni in Mirna, am 24. Juni in Maria-thal, am 25. Juni in Št. Juri pod Kumom, am 26. Juni in Hl. Kreuz, am 27. Juni in Čatež, am 28. Juni in St. Lorenc ob Temenici, am 29. Juni in Zatičina und am 30. Juni in Krka.

In den zwei Decanaten Moravče und Litija: am 11. Juli in St. Helena, am 12. Juli in Hotič, am 13. Juli in Sava

und Sv. Gora, am 14. Juli in Št. Lambert, am 15. Juli in Sv. Planina und am 16. Juli in Dobovec.

In den zwei Decanaten Kamnik und Moravče: am 26. Juli in Mengeš, am 27. Juli in Homec, am 28. Juli in Vodice und Zapoge, am 29. Juli in Komenda, am 30. Juli in Tunjee, am 31. Juli in Mekine, am 1. August in Zgornji Tuhinj, am 2. August in Špitalič, am 3. August in Brdo und Krašnja, am 4. August in Blagovica, am 5. August in Češnjice und St. Oswald, am 6. August in Št. Gotard, am 7. August in Kolovrat, am 8. August in Peče und am 9. August in St. Valentin.

In den zwei Decanaten Vrhnika und Idrija: am 6. September in Logatec, am 7. September in Zavrac und Gora, am 8. Sept. in Idrija, am 9. September in Spodnja Idrija und Ledine, am 10. September in Vojsko, am 11. September in Godovič, am 12. September in Hotederšica und am 13. September in Podlipa.

26.

Concurs - Verkaufbarung.

Die dem Patronate des Allerhöchsten Landesfürsten unterstehende Pfarre Ribnica ist durch Todfall in Erledigung gekommen und wird hiemit zur Bewerbung ausgeschrieben.

Die Gesuche sind an die hohe k. k. Landesregierung für Krain zu Laibach zu stylisieren.

Peremptorischer Competenztermin 6. Juni 1891.

27.

Chronik der Diöcese.

Der P. T. hochwürdige Herr Domdechant in Laibach, Dr. Heinrich Pauker Edler von Glanfeld wurde zum fürstb. General-Vicar bestellt.

Die canonische Investitur erhielten die Herren: Gregor Maloverh auf die Pfarre St. Vid nächst Ljubljana und Andreas Šare auf die Pfarre Gojzd, am 1. April; dann Johann Piskar auf die Pfarre St. Ozbald, am 23. April 1891.

Dem Herrn Johann Kunauer wurde die bisher von ihm administrierte Pfarre Ebenthal, im Decanate Gottschee, verliehen.

Herr Franz Sušteršič, Pfarrcooperator zu St. Martin bei Litija, wurde in die Erzdiöcese Chicago in Nordamerika entlassen.

Gestorben sind folgende Herren, als: Anton Petrič, Deficientenpriester in Gorica, am 17. März; Anton Tramte, expon. Caplan zu St. Peter bei Slavina, am 22. März; Andreas Dremelj, penf. Pfarrer in Rateče, am 23. März; Franz Arhar, penf. Beneficiat in Repnje, am 6. April und Martin Skubic, Ehrendomherr und Pfarrdechant in Ribnica, am 9. April 1891. — Dieselben werden dem Gebete des hochw. Diöcesan-Clerus empfohlen.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 25. April 1891.